tauit dauid · ut in ſalicibus noſtris ſuſpenderemus organa; cantauit et i
pſe; et ante archa domini non per laſciuia ſed per religione ſaltauit. Ergo non hy
ſtrionicis motibus ſinuati corporis ſaltus; ſed impigre mentis et religioſa
corporis agilitas deſignatur. Sed non in triumphis · non in excidiis iudeorum
ſecuta correctio · qui diuine indulgentie muneribus prouocati leua
re mentem · corpus attollere · terrena deſerere · celeſtia querere debuerunt;
et iniurias captiuitatis attriti deflere peccatum · quod culpa eſſet auctore
Iuſtificata eſt ergo ſapientia · ab omnibus filiis ſuis · iniurie.
Bene ab omnibus · quia circa omnes iuſticia reſeruatur; ut ſuſceptio fiat
fidelium reiectio perfidorum · Unde plerique greci ſic habent · iuſtificata eſt
ſapientia ab omnibus operibus ſuis; quod opus iuſticie ſit · circa uniuſcuiuſque me
ritum · ſeruare menſuram · Bene ergo dicit; cantauimus uobis et non ſaltaſtis.
Cantauit enim moyſes quando in mari rubro ad tranſitum iudeorum fluctus
obriguit · unda circumſtetit; eademque equos egyptiorum aſcenſoreſque re
fuſa demerſit · Cantauit eſaias dilecte uinee ſue canticum; ſigni
ficans aſperam flagitiis fore plebem · que fecundis prius erat uirtutibus
fructuoſa · Cantauerunt hebrei · cum ueſtigia eorum tactu flamme ro
rantis humeſcerent; et uiuis extraque ardentibus omnibus · ſolos tamen
ignis innoxius lamberet nec adureret · Abacuc quoque cantico pu
blicam doctus mulcere meſticiam; prophetauit dulcem domini fore fideli
bus paſſionem · Cantauerunt ergo prophete ſpiritalibus modulis; publice ſalu
tis oracula reſultantes · Fleuerunt prophete; threnis flebilibus dura iu
deorum corda mulcentes · Docuit nos ſcriptura cantare grauiter · pſal
lere ſpiritaliter; docuit et ſaltare ſapienter · dicente domino ad ezechi
el · Plaude manu; et percute pede · Neque enim hyſtrionicos fluxi
corporis motus · deus morum cenſor exigeret · aut indecoros ſtre
pitus uiris plauſuſque femineos imperaret; ut tantum prophetam dedu
ceret ad ludibria ſcenicorum et mollia feminarum · Non congruunt
reſurrectionis reuelata myſteria; et obprobria ſaltationis ex
cita · Eſt ſane et quedam prophetarum bonorum actuum factorumque plauſus; cuius

Hyſtrio · i · mimus.

Tres pueri in fornace.